

Viues Ioan. Claymundo S.

**P**Vdet equidem me tamdiu nihil  
tibi scripsisse. Sed profectò si  
scias, quæ tempora, quam varia, quam  
difficilia vocem meam penè oppresse-  
rint, facile habeas silentio meo ve-  
niam. Quorum bonam partem non du-  
bito, quin cognoueris, ita fuerunt per  
Britanniam & hanc regionem ma-  
nifesta. Vale.

Ecclesiasticis inter-  
missionum lib-  
rarium.

Viues Fran. Duci Bejar. Illust. S.

**E**Pistola excellentiæ tuæ primùm  
mihi intuenti non potuit nō esse  
longè iucundissima, vt es tu & tua o-  
mnia. Sed ubi ex ea, quantum tibi à  
morbo fuerit periculū, cognoui: equi-  
dem toto animo & corpore coherrui.  
Quòd oblectamenta aliqua quæsieris  
queis valetudo instauraretur, fecisti  
rectissimè & erga nos omnes tuos be-  
neficè. Quid enim nobis magis expe-  
dit, quam te optimè habere? Non du-

D bito